Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

libenter audiendo

Qui ita fortis est qp Admiscilum reputatus est in conspectu eius malignus dyabolus uel homo mala suggerens sed timentes deum utpote uirtuosos dignos ipsa et honore medicat et honorando demonstrat

Qui iurat proximo suo aliqua facturus et nō decipit sed ea firmiter obseruat / qui pecuniam suam non dedit ad usuram et munera ut innocentis causam deprimat non accepit

Qui facit hec que dicta sunt in concussa stabilitate in pace requiescet in monte sancto dei / monte felicitatis eterne

Psalmus quintus decimus In quo agitur de xpristi resurrectione

Vox xpristi

Conserua me domine inter
pericula et libera me de morte et fac me
cito resuscitari de sepulchro / et debes / quoniam sperauit in te et dixi domino corde ore et
opere deus meus es tu in eo qp homo sum et vere deus qm
bonorū meorum aut alicuius alterius non eges / hoc enim
est proprium tue diuinitatis qui fons es omnis boni sed ego
secundum qp homo et mei / egemus bonis tuis

Inter alia a pre meo hoc optimum qp In sanctis apostolis et
discipulis meis / qui spe caues sunt terre viuencium mirifice
adimpleuit voluntates meas / illustrando eos luce sue sapie et sciencia predicandi et confirmando miraculis predicationes eorum